

briari, nec salutem propriam obliuisci, nec in mundi voluptatibus implicari. Dicitur. illud Apostoli ad Eph. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.

De Cœpa. Cap. 40.

Cœpa est herba cuius vis tota est in radice. Nam radix, eius principalis grossa est, & carnosa, multas hêt paruas radices, velut capillos, & multis tunicis est induta. Talis debet esse vir perfectus, quia in radice cordis sui debet esse præcipua virtus sua, quia verè ista radix debet esse carnosa per piam compassionem, capillaria per multiplice affectionem, & multis tunicis. multis virtutibus superstructa &c. Cœpa malas habet conditiones, caput enim lædit, maniam prouocat, & lachrymas inducit, & visum turbat. Talis est mundi prosperitas, quia verè caput intentionis lædit, maniam. i. furorem iracundiae prouocat, lachrymas æterni luctus in finem inducit, visum etiam diuersionis lædit. Ideo fati erant filij Israel, qui dicebant Num. 11. In mentem nobis veniunt porri, cœpæ, & allia. Cœpa est herba lachrymosa, comedentem enim facit lachrymari. Sic verè virtus feruentis contritionis fit comesta, & bene incorporata fuerit, facit hominem facilliter lachrymari, quando scilicet considerat mala quæ commisit, bona quæ amisit, & quæ omisit, Deum quem offendit, penam incurrit. Ideo dicebat David. Lauabo noctes lectulum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.

De Cœpa canina. Cap. 41.

Cœpa canina vel marina idem est quod squilla, crescit. n. iuxta mare. inuenitur autem quæq; sola, & tunc mortifera, est & venenosa, nisi sua malitia reprimat, & temperet. Est aut herba venenosa. f. exterius pp nimiam caliditatem, interius propter nimiam siccitatem, vt dicit Pla. Talis est recte peccator, iuxta mare. i. iuxta fluxus huius seculi semper versatur passionem, & hic est alijs venenosus per sua mala opera, & exempla, & maxime quod solus. i. in statu peccati mortalis sine societate charitatis inuenitur, vel solus quantum ad partialitatem, & superbiam, vel aliorum dedignationem, sicut patet in superbis, & avaris, qui voluit esse soli in dignitate vel prosperitate, quia vnus non querit alium sibi parè in sua patria reperire. Alter alterum non querit. Esa. 34. Soli etiam sunt, quia bona soli comedunt, quia. salijs, & maxime pauperibus nò coicant bona sua. Nunc manducabo de bonis meis. Eccl. 1. Et ideo illi sunt venenosi, & alijs mortiferi, exterius. f. in cōuersatione & operatione, ppter calorem avaritiæ, & crudelitatis, & interius in cogitatione, & affectione, ppter siccitatem in deuotionis, & cupiditatis. Nam quia caret interius humore deuotionis vel compassionis, ideo hêt exterius feruorem crudelis operationis. Vnde Iob 37. Nonne vellimenta tua calida sunt cum perflata fuerit terra Austro? Quæ squilla venenosa est, & mortifera, tñ à medicis taliter præparat, quod vilis est pluribus medicinis. Nā quæ in vino, & oleo immergitur, & in multas partes scinditur, & diuiditur, & in hortis seritur, & plantatur, tunc venenositas sua temperatur, fm Pla. Sic verè licet peccator sit in se venenosus per vitia, & peccata, & alijs mortiferus per mala opera, & exempla, tamen aliqui taliter à Christo medico præparatur, cōuertitur, & emendatur, quod alijs efficit medicina p bonitatem vite, doctrinæ & exempli, sicut patet in Paulo. Nam quæ scindit per exteriorē tribulationem, & per interiorē contritionem, & in orto plantatur, i. in Paradiso per cōtemplationem, vel in orto ecclesiæ, & religionis per cōuersionem, per gratiā, & deuotionem, tunc verè temperatur, & emendatur, & maxime quæ in vino spei, & consolationis, & in oleo clementiæ, & compassionis immergitur, quia. peccator nō tñ debet scindi per tribulationem, imò verè semper debet adhiberi oleum cōpationis, & vinū consolationis. Vñ Thren. 2. Consolabor te virgo filia Sion, quia magna velut mare contritio tua. Vel dic, quod peccator auferetur de litore maris, id est de mundo, & in orto religionis plantatur, tunc efficitur medicinalis, & sua prauitas temperatur, & maxime fit contritio, & poenitentia scissus fuit rix, & lecatu, & oleo pietatis irrigatur &c. Secundum Pli. omnis cœpa ante annum non facit semen postquam placatur, & est cœpa melior cocta, quod cruda, alba quàm rufa, acris

tamen est saporis, & odoris, & ante plenā maturitatem de terra colligitur, & vt mature scat, ad fumum suspenditur, & aqua salsa aliquoties irrigatur, & sic ad seruandum melior, & ad comedendum efficit magis sana. Sic verè cœpa, i. peccator qui est acris saporis per malam vitam, grauis odoris per malam famam, dēt primo de terra, i. de amore terreno eradicari p prædicationem, & conuersionem, & hoc ante maturitatem, ante tempore senectutis. Idem adhuc in virore iuuentutis, & tunc debet poni ad fumum compunctionis, & lauari aqua salsa doloris poenitentiae, & confessionis, & sic ad maturitatem puenit perfectionis, & fiet moribus, & conditionibus vtilis atq; sanus. Vnde Eccl. 9. Veterasceret, & cum suauitate bibes illud. Cœpa sicut & allium germinat etiam extra terram, ex quo germinat fructus, nullatenus procreat, & ideo debet cœpa ad fumū suspendi, ne huiusmodi mala, & inania germina producat. Sic verè homo licet sit extra terram, i. extra amorem terrenorum, producat tñ aliquod inania germina, i. vanas & inutiles affectiones, & inanē gloriā, & cetera huiusmodi, & ideo ad inferni fumum, i. ad cōsiderationē tormenti, & incendij infernalis debet suspēdi, per meditationem, vt sic à productione horum vanorum germinum retrahatur. Impleta est donus fumo. Esa. 6. Et sicut cœpa, quado scinditur, plorat, sic boni cissi per tribulationem, plorant per cōtritionem, & lachrymationem, dicentes cum Pla. Lachrymis meis stratum meum rigabo. Cœpa sicut & allium nō facit semen in illo anno in quo seminatur, sed in sequenti, quod si in primo anno semen faciat, nihil valet, secundum Pli. In vita hominis sunt duo anni, scilicet tempus præsens, & futurum, sed cœpa, i. homo nō potest fructū seu semen æternæ gloriæ pducere in primo anno, i. in præfenti vita, imò oportet, quod expectetur secundus, vbi viuemus non deficientes. Nam fructus, qui in vita præfenti inueniunt, sunt mundana prosperitas, penitus nihil valet. Vel dic, quod cœpa acerbata, significat poenitentiam vel tribulationem, quæ pro certo in vita ista non facit fructum, sed in futura, quia omnis disciplina in præfenti non videtur esse gaudij, sed mæroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatus per eam reddet. ad Hebr. 12.

De Cucumere. Cap. 42.

Cucumer seu cucumis est fructus, herba eiusdem nominis, qui frigida est naturæ, ardorem reprimat, ventrem soluit, qui in iuuentute est conueniens, & bonus, & vtilis ad edendum, in maturitate autem parum atq; nihil penitus valet, nec est delectabilis ad edendum. Sic verè multi sunt, qui in ortu suo. i. in iuuentute sunt boni, & viles, & ad comedendum per imitationem lapidi atq; dulces, & hoc quia sunt frigidi p calitatem, ardorem luxuriæ in se, & in alijs reprimēt. Sed verè processu temporis in maturitate senectutis deteriorantur, ita quod funt alij importuni. Fructus eorum inutiles, & acerbis ad manducandū. Sap. 4. Aliqui inueniunt cucumeres amari, fm Isido. sed si semen lacte mellito perfundatur, tunc fructus, qui de semine nascitur, dulcorat. Arbor ista charissimi significat mundum. Istud autē semen est hō, qui verè de natura sua facere hêt fructus amaros. i. opera praua, quæ tamen lacte doctrinæ, & gratiæ, & melle deuotionis perfunditur, & rigat, tunc fructus dulces. i. bona opera generat, & producit. Vnde ad Hebr. 5. Facti estis quibus lacte opus sit. & Cant. 4. Mel & lac sub lingua tua.

De Cucurbita. Cap. 43.

Cucurbita est herba quæ ad modum vineæ se diffundit, & alijs herbis vel arboribus quibusdā ligamentibus se connectit, flores albos facit, quos emittit præcipue circa noctem, & licet sine appodiatione florere possit, fructus tamen non potest facere, quod si fructum non appodiat faciat, vix aut nūquam plenariè maturescit, vt dicit Isidorus. Sic verè vir iustus super terram humilitatis se diffundit, & herbis sibi adherentibus, i. suis socijs, & vicinis cum charitatis vinculis se connectit, floresque puræ, & honestæ cōuersionis emittit, & præcipue circa noctem. i. circa tēpora senectutis. Florete flores, quasi huiusmodi date odore. Eccl. 39. Quia tamē durat vita præfens, debilis est, & mollis, & fragilis ad cadendum, ideo debet in palo firmo, id est in ligno Crucis suspendi, vel Christo inniti per dilectionem, vel p spē cōfidentiam,